Caput XI.

A *Tota die expãdi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi.*

In omnes gentes vſque ad orbis terminos proceſſit fama Chriſtiani nominis. [Sed dico. Nunquid Iſraël non cognouit] quod totus mundus audiuit? Non ignorauit Iſraël hanc ſalutem, ſed cognouit quia poſſet audiſſe & cognouiſſe. Cognouit, quia contradicere non potuit. Sed nõ verè cognouit, vt in mẽte eius bene ſederet. Cognouit ad teſtimonium ſuæ damnationis, non in adiutorium ſuæ ſaluationis. Verè cognouit, quia [Moyſes primus] doctor eorum [dicit] hoc, & omnes prophetæ poſt eum ſimilia loquuntur. Hoc enim innuitur in eo quod Moyſes nunc primus appellatur, quem alij ſequuti ſunt in eodem ſenſu. Moyſes voce dei dicit Iudæis in cantico, dum infidelitatem eorum prænunciat: [Ego adducam vos ad æmula
B tionem in non gentem,] id eſt, tale quid faciã genti paganorum, quæ nec gens dicenda eſt propter ſtultitiam idololatriæ, vnde vos æmulationẽ, hoc eſt, inuidiam habebitis. Inuidia nanque tabeſcunt Iudæi, dum gentes deum eorũ ſuum dicunt, & legem atque prophetas ad ſe pertinere. Et ita adducti ſunt ad inuidiam in non gentem, hoc eſt, cõtra
Iſaiæ. 40 gentilem populum, de quo dictum erat. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram deo. Vel in nõ gentem, quæ cum eſſet gens, gentilitatem credendo depoſuit: & facta eſt nõ gens, id eſt, plebs Chriſtiana per baptiſmum. Quandiu enim fuerat infi
1. Petri. 2 delis, fuit gens: ſed in eccleſia dicitur populus acquiſitionis. Ita, inquit, mittam vos in æmulationem in non gentem, id eſt, contra conuerſam gentilitatẽ, quæ fidem apprehendet quam vos reſpuetis. Et mittã vos in iram, id eſt, in indignationem:
C hoc eſt, permittam vos iraſci & indignari in gentem inſipientem, id eſt contra eandem gentilitatem, quæ dei ſapientiam ignorabat, & ſtultitiam idololatriæ prædicabat. hoc eſt, tanta beneficia gentilitati tribuam, vt vos inde iraſcamini. Hoc Moyſes dixit, & hanc ſcripturam Iudæi legunt & legerunt, ideoque prædicationem Chriſti in gentibus per orbem eſſe cognoſcũt. Hoc Moyſes. Sed [Iſaias audet & dicit,] id eſt, audacius loquitur de ſalute gentium: quia quamuis ſciret ſibi imminere periculum, audacter tamen verbum dei prædicabat. Manaſſes enim rex, vt Hebræi teſtantur, ſerra lignea poſt ſerrauit eum. Sciebat igitur Iſaias contemnendum ſe eſſe ab impiis, & interficiendũ, & tamen abiecto timore prædicabat dei gratiam, & ex perſona Chriſti dicebat: [Inuentus ſum à nõ quærentibus me,] id eſt, ſponte me obtuli gentilibus, & per fidem me ab illis inueniri feci, qui me quærere non nouerant, nec in ſcripturis aduẽtum meum ſcrutabantur ſicut Iudæi, qui adhuc in libris ſuis aduentum meſſię quærunt & expectant. [palam,] non per ænigmata & figuras, ſicut in lege, ſed manifeſta veritatis cognitione [apparuiſti] gentilibus [qui me non interrogabant] ab aliis, quia interrogare non didicerant. Ita ad gẽtes, ſed [ad Iſraël] carnalem [dicit: Tota die,] id eſt, to to tempore quo cum eis in terra cõuerſatus ſum, D
illuminans mundũ, [expandi manus meas,] id eſt, ampliaui operum meorum beneficia, [ad populum] Iudaicum [non credentem] mihi, & quod peius eſt, [contradicentem]. Conuenienter enim per extentas manus tota die, continuatio bonorũ operum intelligitur, à quorum intẽtione ſaluator nunquam ceſſauit, ſed infideli populo ſemper exhibuit, ac ſicut nutrix parulum expanſis manibus excipere paratus fuit. Significãt enim expanſæ manus, & parentis clementiam ſuos filios in ſinum recipere geſtientis. Poſſunt & largitatem donantis exprimere, quod nihil eis petentibus denegauerit, ſed roganti leproſo mox ſanitatem reddi *Matt. 8*
derit, & oculos cæcorum rogantium protinus ape *Lucæ. 18*
ruerit. ſicque cætera petentibus dederit.

CAPVT XI.

Ico ergo: Nunquid repulit deus po
D *pulum ſuum? Abſit. Nã & ego Iſ-* E
raelita ſum ex ſemine Abraam de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem ſuam quam præſciuit.

Quia tot autoritatibus confutauit Iudæos, ne inſultarent eis gentiles, & dicerent eos ex toto eſſe repulſos, incipit rurſum de eorum ſalute loqui, oſtendens non omnes eſſe reprobatos. Commemorauerat enim prophetæ teſtimonium de prænunciata futura incredulitate populi Iſraël, Tota die expandi manus &c. Et ne quis male intelligẽs, vniuerſum illum populum crimine incredulitatis & contradictionis arbitraretur eſſe damnatum, continuo ſubiecit. [Dico ergo] &c. Hic oſtendit quam plebem dixerit vtique Iſraëliticam. Quam ſi totam deus reprobaſſet atque damnaſſet, non vtique eſſet ipſe Chriſti apoſtol⁹, ex ſemine Abraæ & tribu Beniamin. Quia, inquit, dixi populũ non F
credentem & contradicentem, ergo dico & hanc quæſtionem facio: [Nunquid] propter multitudinem incredulorum & contradicentium [repulit deus populum ſuum,] vt euacuaret promiſſiones quas patribus eorum fecerat? [Abſit] vt repelleret eũ, qui tot milia credentium inde elegit. Verè non omnem populum illum repulit, [Nã & ego] qui hæc loquor, [ſum Iſraëlita,] id eſt, ſum ex eodem populo Iudæus, non proſelytus. [ex ſemine Abraam,] id eſt, deſcendens ex Abraam, [de tribu Beniamin,] id eſt, per lineam Beniamin. Nõ me repulit deus, qui ita ſum ex illa gẽte. Similiter non repulit plebem ſuam ex Iſraël, quam præſciuit, id eſt, prædeſtinauit. Prædeſtinatio enim hoc loco ſignificatur nomine præſcientiæ. [Non repulit, inquit, deus plebem ſuam, quam præſciuit,] id eſt, ad vitam prædeſtinauit. Atque vt oſtenderet dei gratia fuiſſe relictas Iſraëliticę gẽtis reliquias, non meritis operum eorum, ſequutus adiunxit valde neceſſarium teſtimonium, dicens:

An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura, quemadmodum interpellat deum aduer-

ſus